



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

XXV. Vtrùm teneatur homo ta[m] ante receptionem aliorum
Sacramentorum, quàm Eucharistiae, confiteri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

Caput 1. De Necessitate

copia Confessoris, necessariò præmittendâ esse Confessionem Sacramentalem.

Si autem aliquis Sacerdos fortassè non habeat copiam Confessarij, & debeat celebrare diebus festis, suffecerit ei contritio cum proposito, suo tempore confitendi; maxime, si, non celebrando, incurrat aliquam notam infamiae.

Quæstio Tenetürne homo tam ante receptionem
XXV. aliorum Sacramentorum, quàm
Eucharistiæ, confiteri?

Respõsio. **E**xpedi quidem, sed absolutè necessarium non est. Vnde de Consecratione, distin. 4. Ca. Ut ieiunij. dicitur, quòd qui confirmandi sunt, si sunt perfectæ ætatis, admoneantur, vt priùs confiteantur. Vbi admonitio potiùs videtur esse consilium, quàm præceptum. Et si non est necessarium, ante hoc Sacramentum confiteri, in quo recipitur copia gratiæ; multò minùs erit in alijs. Quod clariùs patet ex verbis Concilij Tridentini, vbi sic dicitur. Postremò sancta Synodus cõiuges hortatur, vt antequàm contrahant, vel saltem triduo ante Matrimonij consummationem, sua peccata diligenter confiteantur, & ad sanctissimum Eucharistiæ Sacramentũ piè accedant. Hec, Concilium Tridentinum.

Verum quidem est, quòd quia omnia Sacramenta conferunt gratiam, videtur aliqua esse.

Conc. Tri-
dent. sess.
24. cap. 1.

esse negligentia, illis initiari sine Confessione: At non requiri Confessionem, patet etiam, quia Ecclesia hoc non determinavit, nec in iure Diuino habetur, ergo non est necessaria.

Vnde constat, quòd Confessio magis requiratur ante Eucharistiam, quàm alia Sacramenta?

*Questio
XXVI.*

Liquet id ex Paulo, dicente: Probet autem seipsum homo &c. & ex vsu Ecclesiæ, quæ semper obseruauit, vt peccati mortalis reus ante sumptionem Eucharistiæ præmittat Confessionem Sacramentalem; aliòquin noui peccati reatum incurrit. Item ex dictis Sanctorum, & ex Ca. Omnis vtriusq; sexus &c. Vbi præcipitur ante Pascha Confessio, propter Eucharistiam in eo sumendam.

*Respösiõ:
1. Cor. 11.*

Potèstne Papa vel Concilium in præcepto Confessionis dispensare?

*Questio
XXVII.*

Nequaquam. Idque probatur. **PRIMO**, ratione communi, quia præceptum Confessionis est Diuinum: Inferior autem super legibus superioris dispensare nequit.

Respösiõ.

SECUNDO peculiariùs etiam probatur; quia Confessio non est vtcunq; de iure Diuino, sed pertinens ad Sacramentum: Sacramen-

cramen-